



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia Catholica, Hoc Est Christianae Fidei, Qvam Ad
Salvtem Animarvm Aviti Avgvstae Domvs Saxonicae
Principes, Reges, & Imperatores coluerunt, Gloriosa
Confessio**

Cutsemius, Petrus

Coloniae Agrippinae, 1621

De Friderico III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11884

DE FRIDERICO III.

FILIVS eius Fridericus III. Princeps E-
 lector à mentis sagacitate *Sapiens* dictus,
 Academia* VVitebergensis fundator, mul- * Acade-
 tis etiam virtutibus excelluit, ita vt defun- mia Wite-
 cto Imperatore Maximiliano I. Austriaco, bergensis
 Principum coelectorum suorum calculo de- fundata à
 signaretur Rex Romanorum, quem hono- Friderico
 rem magnâ tum prudentiâ, tum modestia III. Pr. Ele-
 recusavit, & magno benevolentiae affectu, ctore, An.
 magnoque consilio in Regem Hispaniarum 1502. d. 18.
 Carolum V. suffragio suo transtulit. Sed Octob. qui
 præ lachrymis quid dicam ulterius? Is est, S. Lucæ E-
 qui in infœlix malignorum horum tempo- uangelistæ
 rum exordium incidit, quibus auctore Mar- sacer est.
 tino Luthero, prius professore in ordine S.
 AUGUSTINI Monacho, tam multiplex
 postea religio, & cultus Dei introductus
 est, primusque ex inclyta Domo Saxoni-
 ca à tot laudatis maioribus suis defecit, no-
 tuamque doctrinam Patribus incognitam sub
 specioso Euangelij, à quo *Euangelicos* se
 appellarunt eius Sectatores, nomine am-
 plexus est. Hunc Pontifex Léo X. qui tunc
 Catholicæ Ecclesiæ supremus Pastor præe-
 rat, tot paternis admonitionibus in auita fi-
 de Apostolica retinere, & ab ea declinan-
 tem reuocare studuit, hoc ferè potissimum
 argu-

argumento à laudatis Maioribus suis ducto, quod in generosis mentibus mirificam solet habere ad mouendum vim, & efficaciam. De quo Pontifice loquens Ioh. Sleidanus, Lutheri assecla, in princ. Historiæ suæ sic ait: *Eodem die (23. Aug. An. 1518. ad Fridericum Saxonie Principem, qui tunc erat Augusta scribit: Inter alia Saxonie Domus ornamenta proprium hoc illi semper fuisse, quod religionis esset obseruantissima: non esse igitur verisimile, quemquam eius familie sic à suis degenerasse maioribus, vt illum qui de religione Christiana minus benè sentiat, protegere velit, & patrocino suo iuuare.* Item eundem 6. Iulij Anno 1520. ad litteras Friderici, quibus se à labe nouæ assumptæ doctrinæ purgabat, hæc respondisse refert idem Sleidanus: *Nimirum hoc ita decere ipsum, eiusque totam familiam, que magnum semper honorem Ecclesie Romanæ detulerit, quem etiam paulò post aureâ Rosâ singularis beneuolentiæ causâ donauit. Ast bonus Princeps facetijs Lutheri, qui pollebat gratia linguæ, inescatus & deceptus, Iohannem fratrem, Henricum patruelem, eorumque filios, ac nepotes suo exemplo, tanquam fune omnes post se traxit.*

* *
* *

DE AL-